AD
VIRUM AMPLISSIMUM
FLAMINIUM CORNELIUM
SENATOREM VENETUM
EPISTOLA ALTERA.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO AMPLISSIMO

FLAMINIO CORNELIO
SENATORI VENETO

A. M. CARD. QUIRINUS
S. R. E. Bibliothecarius, & Epiſc. Brixien.

VT promiſſis maneam, quibus fidem meam in literis ſuperiori menſe ad Te publice datis obligavi, alteras haſce modo conſcribo ad examen revocaturus, quæ eruditi Lipſienſes, poſt vires ſuas incaſſum tentatas ad tuendum judicium de binis prioribus Reginaldi Cardinalis Poli Epiſtolarum Editionis voluminibus a ſe pronunciatum, de tertio volumine in medium attulerunt. At priuſquam de hoc argumento dicere incipiam, haud facere poſſum, quin Tibi ex animo gratuler egregiam operam a Te poſitam in contexendis divinis precibus a Venetæ Civitatis & Diœceſis utroque Clero die ſacra Sancto Laurentio Juſtiniano Venetiarum Patriarchæ ad Horas Canonicas decantandis. Libellum preces illas complectentem, conjunctumque uni ex doctiſſimis voluminibus Decadum tuarum de antiquis Venetæ Eccleſiæ Monumentis, dono mihi nuperrime tranſmittens, quoniam una

ſimul certiorem me feciſti, precibus illis componendis primæ Te olim juventutis tuæ otium oblectaſſe, inde maximam in admirationem ſum adductus talem tantamque ea etiam ætate ingenii tui felicitatem fuiſſe, ut idoneum foret iis in lucem educendis, quæ aliquando, Romanæ Sedis oraculo ſuffragante, digna forent, quæ in publicis Chriſti Fidelium cœtibus, in Eccleſiis ipſis canerentur. Tui autem libelli illius lectione eo magis recreari me contigit, quod ex illa in memoriam mihi redierit, Leonardum Juſtinianum Sancti Laurentii fratrem, præſtantiſſimum illud Veneti Senatus lumen, cujus collaudandi haud raram occaſionem ſum nactus in Diatriba Præliminari ad Franc. Barbari Epiſtolas, facilem expertum ipſum quoque fuiſſe in ſacris Cantionibus condendis Minervam, quarum plures hodie ſuperſúnt, ſpirantque Chriſtianam pietatem, & quidem ſuaviſſimam, quin ullo modo Senatoriam gravitatem dedeceant. Quæ quum dixero, haud diſſimulabo me tantis exemplis edoctum haudquaquam pœnitere poſſe ſtudii, quod Brixiæ Epiſcopus impendi in augendo Divino Officio, recitari conſueto a Clero meo die feſto Sanctorum Fauſtini, & Jovitæ, hujuſce Urbis Patronorum; augendo, inquam, ea Lectione, quam Brixiano Breviario BENEDICTUS XIV. inſeri indulſit, quo perennius in Brixianorum mente repoſtum maneret indubium documentum a me recens detectum Apparitionis eorundem Sanctorum in armis aureis

ad

ad repellendas e Brixiæ mœnibus Medioſanenſes copias, eandem obſidione prementes, quibuſque Nicolaus Piccininus imperabat. Documentum illud tanti fecit Sanctitas Sua, ut in nupera ſapientiſſimorum ſuorum de Canonizatione voluminum editione, eo novo præſidio ſit uſa ad extenuandum robur argumenti, quod negativum vocamus, quove & eam celebrem Apparitionem, veterum Scriptorum teſtimonio minime fultam, haud mediocriter impeti poſſe Brixiana pietas quam maxime dolebat. Triumphare itaque mihi viſus ſum eam Lectionem componens, atque ipſam, annuente pariter Pontifice, hoc Reſponſorio concluſi: *Refulſit Sol in clypeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis, & fortitudo gentium diſſipata eſt. Erat enim exercitus magnus valde, & fortis. Et fortitudo &c. Gloria Patri &c. Et fortitudo &c.* Quid vero opella iſta mea ad laudem, quam ipſe promeritus es integrum Officium S. Laurentii digerendo, locupletatum nimirum, præter Nocturnorum Lectiones, propriis Antiphonis, Capitulis, Hymnis, Verſibus, Reſponſoriis, hiſque omnibus ad Eccleſiaſtici ritus normam affabre factis, atque diſpoſitis?

Venio nunc ad propoſitum huic Epiſtolæ argumentum. Eruditi Lipſienſes poſt Animadverſiones, quibus partem priorem Præfationis in tertium meum volumen vellicarunt, ad reliqua omnia eodem volumine comprehenſa progrediuntur ducto initio a parte altera ejuſdem Præfationis,

qua

qua ſcilicet Viterbienſe Poli Sodalitium ab omni noxæ ſuſpicione vindicaveram. Hæc eorundem ſunt verba: *Pergimus ad partem alteram Præfationis, qua oſtenditur Sodalitium Poli Viterbienſe omnis labis purum fuiſſe. Quos ſibi Sodales adjunxit, fuere, ut in aliquot ipſius literis apparet, Flaminius, Petrus Carneſeca, Victoria Columna Piſcariæ Marchioniſſa, alii, quorum ſermones, quos inter ſe miſcuerunt, uniformes eſſe dicuntur dogmatibus Religionis Catholicæ. Probatur hoc ex nonnullis Epiſtolis Flaminii.* Non dicuntur, ajo ego, uniformes fuiſſe dogmatibus Eccleſiæ Catholicæ, ſed convenientia illa clarius apparet luce meridiana ex binis Epiſtolis ipſius Flaminii ad eoſdem Pet. Carneſecam, & Galeatium Caracciolum, Vici Marchionem. Prima hoc habet exordium: *Alli meſi paſſati noi parlammo* (utique dum Viterbii una ſimul degerent) *alcune volte inſieme del Santiſſimo Sagramento dell' Altare, e dell' uſo della Meſſa &c.* poſtquam autem in ipſa Catholicis ſenſibus de eo Sacramento, & de Miſſa Flaminius diſſeruiſſet, hæc tandem habet de falſarum opinionum eo tempore exortarum Sectatoribus: *Stanno oſtinatiſſimi nelle loro imaginazioni, accecati dalla ſuperbia umana, amatrice delle novità, e nimica delle vie communi. La qual ſuperbia ſi naſconde facilmente ſotto il falſo zelo della Religione, ed allora i ſuoi inganni ſommamente difficili da ſcoprire, quando le perſone per così fatte novità ſi mettono in pericolo di perder l'honore, la roba, & la vita, perchè allora non ſi poſ-*

Digitized by Google

poſſono imaginar d'eſſere ingannati dalla Carne, e dal Diavolo: & così ognora più s'indurano nelle falſità, e diventano acerbiſſimi cenſori del proſſimo, condannando d'empietà l'univerſal ſenſo & perpetuo uſo della Chieſa, & chiunque non ſi fa ſervo delle loro opinioni. Da queſta arrogantia, & da queſti amari zeli gli liberi noſtro Signor Iddio, & doni loro carità, & dolcezza di ſpirito, & tanta umiltà, che s'aſtenghino dal giudicar temerariamente i dogmi, e l'uſanze della Chieſa, condannando sì rigidamente tutti quelli, che con vera humiltà di cuore la riveriſcono, & ſeguitano: & comincino a credere, che molti di coloro, che da eſſi ſono condannati, & tenuti idolatri & impii, perchè non credono quello che credono eſſi, ſono veramente religioſi, pii, & a Dio cari; & per contrario nimico & odiato da Dio chiunque ſeguita queſta loro ſuperba preſonzione. Et noi, Signor mio, ſe non vogliamo far naufragio in queſti pericoloſiſſimi ſcogli, humigliamoci nel coſpetto di Dio; non ci laſciando indurre da ragione alcuna, per veriſimile ch'ella ne pareſſe, a ſepararci dall'unione della Chieſa Catholica, dicendo con David: Vias tuas, Domine, demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me, quia tu es Deus Salvator meus; *& ſenza dubio ſaremo eſauditi*, nam bonus & rectus Dominus, propterea diriget manſuetos in judicio, docebit mites vias ſuas. *La dove volendo giudicare le coſe divine col diſcorſo humano ſaremo abbandonati da Dio, & in queſto ſecolo contentioſo talmente ci acoſteremo*

mo all'una delle parti, ed odiaremo l'altra, che perderemo del tutto il giuditio,& la charità,& dimanderemo la luce tenebre, & le tenebre luce, & perſuadendoci d'eſſer ricchi, & beati, ſaremo poveri, miſeri, & miſerabili, per non ſeparar pretioſum a vili. *La qual ſcienza ſenza lo ſpirito di Chriſto non ſi può imparare, al qual ſia gloria in ſempiterno. Amen.* Eo pariter tendunt ſanctiſſima Chriſtianæ vitæ præcepta quibus idem Flaminius in altera Epiſtola ad Caracciolum Viterbio data eundem imbuere ſuſcipit. Ea autem omnia ex pectore non ſuo tantum, ſed Poli, & Collegarum effudiſſe Flaminium, certam fidem faciunt verba quæ eandem Epiſtolam claudunt: *Il Reverendiſſimo Legato ama Voſtra Signoria, come ſuo dilettiſſimo fratello in Chriſto, & havrà gratiſſima l'occaſione che li manderà il Signor Iddio di poter moſtrare con gli effetti l'amor ſuo. Sua Signoria Rm̃a, & l'Illm̃a Signora Marcheſa di Peſcara ſalutano quella, & queſti altri gentil'homini con meco le baciano la mano, pregando con tutto il cuore il noſtro Signor Dio, che la faccia diventare con la gratia ſua di gran lunga più povera di ſpirito, ch'ella non è ricca di caſtella & di beni temporali, acciocchè la povertà ſpirituale la faccia ricchiſſima de' beni divini, & ſempiterni.*

At ſubdunt Lipſienſes: *Quoniam autem in illis* (Flaminii Epiſtolis) *quædam ſuſpecta viſa ſunt Doctoribus Proteſtantibus, longiorem illarum Epiſtolarum dubiæ fidei & ſuppoſititiam pronuntiaverat*

rat Schelhornius. Hunc & alios ejuſdem ordinis refutare annititur argumentis, ut nobis quidem videtur, non admodum validis. Germanam eſſe Flaminii ad Carneſecam longiorem Epiſtolam illam, futileſque omnino habendas Camerarii, & Schelhornii de ea ſuſpiciones, lato calamo oſtenderam in literis Kieslingio inſcriptis datiſque die XXIX. Jul. an. MDCCXLVII. tertiumque locum nactis in Decade V. mearum Latinarum. Eas conſuli a Lipſienſibus oportebat, ut de vi eorum argumentorum certo judicarent. Dixi ibidem, & iterum modo dico, calumnias adverſus utramque Flaminii Epiſtolam ab iis dumtaxat intentari poſſe, qui lucem tenebras, tenebras lucem appellare conſueverunt. Addidi eodem loco, ad ſanctam doctrinam libelli Thomæ a Kempis de Imitatione Chriſti unice referri quæcumque Flaminius ad Caracciolum ſcribit de mundi laqueis & carnis perſequutionibus, non vero, uti ſomniarunt Camerarius, & Schelhornius, ad Pontificiorum molimina adverſus ejus temporis novatores. Plurimi autem factum fuiſſe a Flaminio libellum illum, edocui ex verbis hiſce Epiſtolæ ab ipſo ſcriptæ ad Carolum Gualterutium: *Io non ſaprei proporvi libro alcuno (non parlo della Scrittura Santa) che fuſſe più utile di quel libretto* De Imitatione Chriſti, *volendo voi leggere non per curioſità, nè per ſaper ragionare & diſputar delle coſe Criſtiane, ma per edificare l'anima voſtra, & attendere alla pratica del viver Criſtiano, nella quale conſiſte tutta la*

ſomma, come l'huomo ha accettato la gratia dell' Evangelio, cioè la giuſtificazione per la fede . . . . Se voi leggerete il prefato libretto aſſiduamente & con attentione, & con deſiderio di metter in pratica ciò ch'egli inſegna, io tengo per fermo, che vel troverete utiliſſimo, come lo trovano tutti coloro che lo leggono con queſte circonſtantie, maſſimamente eſſendo Voi avertito del nevo che io vi ho detto. Et quanto il libro è più lontano dalla pompa dell'eloquentia, e dottrina ſecolare, tanto è più degno di eſſer letto, come quello che ha più del Criſtiano, & dello ſpirituale, & è più ſimile alla Scrittura Santa, & per conſeguente più perfetto. Io vi potrei nominare molti libri che hanno grande autorità nel mondo, ma io parlerei contra la mia conſcientia, perchè tengo per fermo, che vi ſarebbono più danno che utile; & credo in queſto non errare. Non mi occorre a dire altro, ſe non che a V.S. con tutto il cuore mi raccomando. A' XXVIII. *di Febraro* MDXLII.

Conſulant itaque Lipſienſes, præter memoratas Flaminii Epiſtolas, etiam aureum illum libellum, indeque deprehendent, hunc adeo carum ipſi Flaminio, hujuſque Sodalibus eſſe non potuiſſe, niſi quod iidem Catholicæ Eccleſiæ dogmatibus firmiter adhærerent, & peculiariter quod ſpectat ad Sanctorum Invocationem, quo in articulo Flaminii fidem aliquantulum claudicaſſe aliqui etiam ex noſtris ſuſpicantur. Nævum autem, quem in eo libello adnotaſſe ſe ſcribit Flaminius, facile expungemus, ſi dicamus amorem filialem etiam ex Catholico-

rum

Digitized by Google

rum mente præferendum eſſe timori pœnali, licet idem libellus frequenter inculcet. *E' conveniente* (ait Flaminius) *che'l Criſtiano viva in un perpetuo timore di ſe ſteſſo, temendo ſempre che li ſuoi affetti, & appetiti nol facciano fare alcuna coſa indegna della profeſſione & dignità ſua, la quale contriſti lo Spirito Santo che è in lui, ſi come un buon figliuolo quanto è meglio trattato dal padre, tanto più ſi guarda di fare coſa alcuna che li poſſa diſpiacere. Sicchè il Criſtiano dee ſtare ſempre ſopra di ſe, temendo ſempre di non commettere coſa indegna de' figliuoli di Dio, e ſempre dee confidare in Dio indulgentiſſimo padre, il quale lo conſidera non per quello ch'egli è in ſe ſteſſo, ma per quello ch'egli è in Criſto, & in Criſto il Criſtiano è giuſto e ſanto; perchè la incorporatione in Criſto lo fa partecipe di tutti i meriti di Criſto.*

Quæ vero de Carneſecæ, & Caraccioli tranſitu ad Proteſtantium caſtra a me ſcripta fuerant, nullam video Lipſienſium reprehenſionem promeruiſſe, rem ſiquidem ita narrant: *Cum ex hoc Sodalitio Carneſeca & Caracciolus ſe poſt in Proteſtantium caſtra conjeciſſent, neque inde labis aliquid ad Polum tranſiviſſe demonſtrat; converſationem etiam eum Marchioniſſa abſque ulla criminatione eſſe, quæ de religione Catholica optime ſenſerit, quæque illius inſtituta accurate ſit ſectata.* Innocuam, imo piam, ſanctamque fuiſſe Poli cum Victoria Columna neceſſitudinem palam comprobarunt luculenta, quæ attuli, de ipſius Columnæ pietate teſtimonia, præ-

 ſertim

ſertim vero allata Epiſtola VIII. tertii mei voluminis, inqua Polus ad Contarenum ſcribens ita loquitur de ipſa Marchioniſſa: *Itaque Orvietum ſe recepit, ibique in Cœnobium Monacharum ſe abdidit, quarum inſtitutis, & converſatione, ut poſtea ad me ſcripſit, ita delectatur, ut cum tot Angelis ſe verſari exiſtimet, quæ nullum ferme ſermonem admittunt, niſi de Deo, & ejus per Chriſtum in noſtrum genus beneficiis; quibuſcum nunc magna animi pace & quiete frui ſcribit. O felices animas, quibus hæc cognoſcere cura eſt!* In Epiſtola autem XLVI. ad ipſam Marchioniſſam data hæc habet Polus: *Quod excellentia Tua ſcribit, ſe quidem amore, Virgines vero ſuas, quibuſcum habitat, puritate aſſidue me ſuis precibus Deo commendare, hoc quidem ita mihi gratum fuit, ut nihil magis delectare, nihil prorſus majorem confidentiam mihi de ſalute mea afferre potuerit.*

A reprehenſione abſtinent pariter Lipſienſes dum memorant quæ tradidi de Literis Apoſtolicis Pauli III. quibus modus concionandi ſtatuitur, ingenue faſſi me adſtruere ſalubrem omnino & ſanctam in iiſdem Literis contineri doctrinam, & arbitrari facile earum opera difflari poſſe *falſam Acatholicorum criminationem, Catholicos aſpernari merita Chriſti, & operum bonorum dignitatem nimium tollere, atque iis inniti ad vitam æternam comparandam.* Ex nuda hac Lipſienſium narratione quiſquis facile intelligit, eoſdem cum Feverlino, nullo autem pacto cum Bertlingio conſentire. Primi candorem

dorem nunquam deſinam collaudare, ſecundi vero vitiligationes nemo erit qui mecum non damnet. Quid clarius a Pontifice Paulo ſcribi poterat ad extollenda merita Chriſti, reprimendamque de bonis operibus arrogantem fiduciam, quam ſanam Catholicorum doctrinam his verbis exponendo? *Locus hic de bonis operibus maxime eſt amplificandus coram populo a Chriſtiani verbi Prædicatore, utpote qui ſummopere ſit illi neceſſarius, atque ad ea, quantum fieri poteſt, eſt populus hortandus; dummodo ſemper primum fiduciam habeat in meritis Chriſti, quibus omnia noſtra opera nituntur. Ita ergo pio & prudenti Chriſtianæ pietatis Prædicatori cum populo, quem docet, agendum, ut nunquam fidem in Chriſtum prædicet, quin etiam in eodem ſermone & de pœnitentia, & de bonis operibus diſſerat: itemque e contra nunquam de operibus & de pœnitentia ſermonem habeat, quin etiam de fide & meritis Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, & redemptio noſtra, qui factus eſt pro nobis a Deo juſtitia & ſapientia, ut inquit Apoſtolus Paulus. Quod ſi quis potuerit ad eam in Chriſto perfectionem pervenire, ut ſui ipſius oblitus, ex amplitudine fidei & charitatis omnia etiam bona opera ſua (in quibus tamen ſemper verſari eum oportet, ſi fuerit talis, ut diximus) contemnat, & nihili-faciat, ſed vivat tantum in Chriſto, hic præ omnibus admiratione dignus eſt habendus. Hunc, iterum dicimus, & monemus, falſo, quiſque ille fuerit, ſibi pollicери hanc, quam meminimus, perfectionem, niſi quamvis diligentiſſime*

me ab ipſo bona opera, & omnia officia præſtentur, contemnat tamen, & parvi faciat omnia, ac ſolum Chriſto innitatur, in quem transformatus eſt.

Turbæ Mutinenſes, quæ ſingulari cura ac ſollicitudine a Cardin. Contareno ſedatæ fuerunt, finem imponunt meæ Præfationi, quin ullam meas narrationes taxandi occaſionem ex iiſdem capiant Lipſienſes. Pari temperantia ſe gerunt, Diatribam de rebus geſtis Contareni in Conventu Ratisbonenſi referentes, quæ ſcilicet eandem excipit Præfationem. Citato itaque gradu percurrunt Capita omnia, in quæ Diatriba illa diſtinguitur, & pedem aliquantulum unice ſiſtunt, curſu illo propemodum peracto, nempe Capite IX. quo indignatum me fuiſſe ſcribunt, uti re vera indignatus ſum, Schelhornium calumnias pro rebus omnino certis venditaſſe de habitis a Petro Martyre cum Contareno Lucæ colloquiis; ideoque & Simleri Orationem ea colloquia teſtantem inter præſtantiſſimas biographias enumeraſſe; indignatum etiam me, Ochinum pari audacia, poſtquam & ipſe æque ac Martyr ad Heterodoxos transfugerat, de ſuo cum eodem Contareno Bononiæ congreſſu plura omnino falſa in vulgus edidiſſe. Meam utramque indignationem iſtam Lipſienſes in hunc modum perſtringunt: *Sed ſi fas eſt hujuſmodi* μορμολυκείως *viros probatæ fidei in ſuſpicionem adducere, ac res vere geſtas pro arbitrio, nulla ratione addita, negare, quid amplius certum erit in hiſtoria?* Bona verba, quæſo, Lipſienſes. Pro arbitrio! Nulla ratione addita! Imo ſummo

mo jure calumniatores illos refutavi. Retuli quippe primo loco, quæ narrat Ludovicus Becatellus in Cardin. Contareni Vita; ſunt autem hujuſmodi: *Perchè la verità non ſtia naſcoſa, & ſi confonda la bugia delli maligni, farò fede di quello che con gli occhi miei ho veduto.* Atque illico ſubdit: *Eſſendo in quel tempo della ſua infirmità chiamato a Roma Frà Bernardino da Siena per le Prediche, che in Venetia fatto aveva, capitò in Bologna il detto Frate con una lettera del Veſcovo di Verona Giovan Mattheo a me, per la quale me lo raccomandava a fine che pregaſſi il Cardinale che ardire gli deſſe di andare a Roma, dove pareva che mal volontieri ſi accoſtaſſe. Il Frate giunſe la ſera al tardi, che ognuno haveva cenato, & il Cardinale ſtava riſentito in camera, il quale ſperando ſtar meglio il giorno ſeguente, per poter ragionare più commodamente ſeco ordinò che fuſſe accomodato di ſtanza, e proviſto di quello che biſognava. La ſorte portò, che il Cardinale la notte peggiorò, & biſognò la matina fargli remedj, & dar caſſie per ordine de' medici, ſichè non ſe gli potè parlare nè di Frà Bernardino, nè d'altro. In queſto mezzo il Frate che non haveva la conſcientia monda, & ombrava d'ogni coſa, cominciò a dubitare di non eſſere rattenuto, & credeva che 'l Cardinale fingeſſe d'eſſere amalato per non licenziarlo, & ſu queſto penſiero, che ſi ſcoperſe poi, cominciò a ſollecitarmi che li faceſſi dar licentia di partire, il che io andava diferendo, ſperando pur che il Cardinale ſteſſe meglio,*

&

& lo poteſſe godere come deſiderava. Ma come più s'indugiava & più importunava il Frate, talchè fui forzato ſu'l mezzo giorno, che'l Cardinale ſul letto ſi sbatteva, entrare in camera, & pregarlo che deſſe licenza a Frà Bernardino di andarſene, di che il benigno Signore ſi contentò, & entrato il Frate dentro meco, il Cardinale gli diſſe le formali parole: Padre, voi vedete come ſto, habbiatemi compaſſione, & pregate Iddio per me, & andate a buon viaggio; & il Frate non riſpoſe altro, ſe non che inchinandoſi giù diſſe di così fare, & andoſſe con Dio. Deinde ad elevandam fidem, quam Simleri narrationi tribuit Schelhornius ita ſcribens: *Cognoſci quoque inde poſſunt varii Viri doctrina & dignitate conſpicui, quorum in pectore lux Evangelii Dei beneficio tum e tenebris renata in ipſa Italia penetravit, eorum miniſterio haud dubie ulterius progreſſura, niſi divinæ veritatis hoſtes omni vi eam reſtrinxiſſent*, hæc ego ad eundem Schelhornium: „Quænam Evangelii lux ef„fulſerit in Contareno, præter tradita in tota Dia„triba iſta, apertiſſime cuivis demonſtrare valent „Scripta ejus Theologica, quæ typis edita Pariſiis „an. 1571. & in quibus nihil prorſus quod ſit „Catholicæ Eccleſiæ, aut ſacroſanctis Patrum ſan„ctionibus diſſonum, ſeu quod poſſit pium quen„quam & Chriſtianum lectorem offendere, ſe com„periſſe, ingenue & ſancte teſtati ſunt, ſyngrapha „etiam appoſita, Doctores Regentes Facultatis Pa„riſienſis, faſſi ſe illa accurate, & diligenter per-

„le-

„legiſſe. Eorum teſtimonium comparet in fronte „voluminis omnia Contareni Opera complectentis. Hic vero addam, Contareni orthodoxiæ locupletiſſimum teſtimonium perhibuiſſe Paulum III. dum Bononienſi Legatione ipſum vix reducem ex itinere Germanico donavit, dumque paulo poſt eidem Gallicam etiam Legationem detulit, quos maximos honores minime certe contuliſſet in hominem vel levis in re, de qua agitur, ſuſpicionis fuligine tinctum.

Adacti in hunc modum Lipſienſes, velint, nolint, fateri ſat cauſæ mihi adfuiſſe cur *calumniam* vocarem intentatam a Schelhornio, aliiſque adverſus Contarenum accuſationem, ultro iidem ſunt faſſi, ut conjicio, ex juſta pariter cauſa damnatum a me fuiſſe Melanchtonem in poſtremo ejuſdem Diatr. Capite. Hæc enim de me horum ſunt verba: *Subjungit Cap.* x. *quædam de Melanchtonis, atque Hieronymi* Wolfii *ſtudio in Aſtrologiam, quo ſic appareat, principem Theologorum, qui Comitiis Ratisbonenſibus affuit, a vanitate & temeritate, quæ Paulo III. vitio vertatur, alienum haud fuiſſe*. Impudentiſſimæ temeritati referendum eſſe ſtudium illud, cujus Paulus III. redarguatur, palam prorſus fecit ſuperior Epiſtola mea; at ab eadem noxa nemo erit qui Melanchtonem, alioſque inſignes Sectarios abſolvat teſte ipſomet Schelhornio. Hic enim in Tomo II. Amœnit. Eccleſiaſt. & Litterar. varias afferens Obſervationes a p. 591. ad p. 656. eaſque in XII. numeros diſtributas, in tertio & quarto certiſſimis docu-

mentis demonſtrat, Melanchtonem Aſtrologiæ divinatrici plus juſto tribuiſſe, eamque ipſam inſaniam in ſuorum diſcipulorum multos propagaſſe. Affirmatque primo non pauca hujus ſuperſtitionis præſertim in Epiſtolis ejuſdem occurrere veſtigia, nec facile rem magni momenti, niſi aſtris prius conſultis, aggredi ipſum ſolitum fuiſſe. Memorat in conſtituendo Gymnaſio Norimbergenſi auſpicii felicioris ſigna ex aſtrorum poſitu deſumpſiſſe, idque ipſum ad exemplum præceptoris ſui Martinum Chemnitium agendum ſtatuiſſe, dum de Academia Helmſtadienſi erigenda agitarentur conſilia. Obſervationes illas ſuas dignas cenſuit Schelhornius, quæ in medium adducerentur, *cum pertineant* (ait ille) *ad hiſtoriam literariam curioſam*. Ad hæc verba ſubdidi ego Diatribam concludens: „At hæc ipſa verba (bona tua „dixerim venia, Schelhorni) nemo diffitebitur, „pertinere etiam ad maxime ſerium Diatribæ hu„juſce meæ argumentum. Inde enim innoteſcit, „vel ipſum Proteſtantium Theologorum in Ratiſ„bonenſibus Comitiis coryphæum animum illuc „attuliſſe ad vecordiam, & deliramenta maxime „pronum. Quem vero attulerit Contarenus, quam religioſum, quam ſapientem abunde edocuerunt ſingulæ ferme ejuſdem Diatribæ paginæ.

Contrahunt poſtea Lipſienſes duplicem Contareni Vitam, quæ in meo volumine Diatribam, de qua jam jam dictum eſt, ſubſequitur, Italicam ſcilicet a Ludovico Becatello, & Latinam ab Jo. Caſa con-

conſcriptam, quam tamen poſteriorem prioris eſſe interpretationem autumabit quiſquis eaſdem inter ſe comparaverit, uti mihi ſæpius accidit ipſas comparare. Nullum in iiſdem offendiculum Lipſienſes reperiſſe, apparet, nullumque pariter in Tractatu de Juſtificatione, quem Vitis illis ſubjunxi ex duplici Editione, Pariſienſi ſcilicet, & Veneta. Imo egregia ejuſdem Tractatus hæc eſſe verba reſtantur: *Ego prorſus exiſtimo hic Chriſtiane dici quod debeamus niti, niti, inquam, tanquam re ſtabili, quæ certo nos ſuſtentat, juſtitia Chriſti, nobis donata, non autem ſanctitate, & gratia nobis inhærente.* Admiſſa, quod certo conſtat, a Contareno ſanctitate & gratia nobis inhærente, nihil in verbis illis egregiis contineri quod abludat a ſanctiſſimis Tridentinorum Patrum decretis facile deprehendet quicumque ad ea explicanda ſanam mentem adhibeat, tenebris ſcilicet, quibus abundant Sectarii, minime obfuſcatam. Umbris etiam & fumis involvere qua ratione iſti conentur quæ idem Contarenus de merito bonorum operum ſcripſit in literis datis ab ipſo ad Cardinalem Alexandrum Farneſium jam ſatis ſuperque demonſtravi in meis ad Kaeſtnerum ante binos menſes.

Tandem memoratis Contareni, & aliorum ad ipſum Epiſtolis 43. Italico ſermone conſignatis, & præterea binis Inſtructionibus ad eundem Cardinalem datis, biniſque aliis, quarum unam accepit Hieronymus Riarius, alteram vero Hieronymus Aleander, finem Animadverſionibus ſuis im-

ponunt curſim Epiſtolas aliquas tertio illo volumine comprehenſas, nimirum a num. I. uſque ad XLI. Legi autem libentiſſime quæ iidem ex Poli Epiſt. pag. 37. 38. exſcripſerunt ; hæc ſcilicet quæ ille repoſuit Damiano a Goes ſibi Angliæ regnum vaticinato: *Augurium tuum*, ait Polus, *quod in extremis literis adſcribis, neſcio unde ceperis, neque enim quidquam in hac arte novi. Tu vero ſi aliquam ejus partem habes, hoc unum mihi ſignifices cupio, quanta pro patria vel potius pro Eccleſia Dei, quæ eſt in patria mea, ſim paſſurus ; hoc enim nihil mihi certius portendi poteſt. Noſti illud* εἷς οἰωνὸς ἄριςος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. *Ego vero hoc me majorem felicitatis gradum adſcendere mihi perſuadeo, quo plures labores, & afflictiones pro patria, & Eccleſia Dei divina ſorte pati datum fuerit.* Maximopere lætor, bona fide adductos fuiſſe Lipſienſes ad recitandum hujuſcemodi locum ex mei illius voluminis Epiſtolis, nam vel unus locus ille apertiſſime demonſtrat, ſoli tenebras offundere quotquot Poli ſanctimoniam ſugillare, ſeu maculare contendant. Heroicis omnifariam virtutibus præditum Polum fuiſſe ſingulæ ejus Epiſtolæ conteſtantur, ac proinde eæ quoque, quas Lipſienſes inter officioſas, commendatitias, gratulatorias reponi poſſe cenſuerunt, & *in quibus*, ajunt, *nihil occurrere quod notari mereatur*. Hac ratione a recenſendis pluribus Epiſtolis poſt XLI. abſtinere ſe poſſe ſunt rati. At notari profecto merebantur Chriſtianæ fides, ſpes, & charitas, quæ ibidem mi-

ti-

rifice elucent ; namque Ep. XLIV. ubi de obſtinato Henrici animo in Eccleſiam hi Poli ſunt ſenſus : *Si hoc ſolum deeſt ad menſuram iniquitatum ejus, ut poſt meum etiam ſanguinem effuſum ad Deum converteretur, me nihil quidem magis in votis habere, quam ut primo quoque tempore id fiat; faciat vero Deus, quod maxime in illius oculis videatur ad gloriam nominis ſui pertinere, qui eſt benedictus in ſæcula.* Epiſt. autem XLV. de Matris ſuæ nece ita loquitur: *Etſi vulnus quidem grave ſit, & ita grave, ut haud ſcio an aliquid gravius, vel acerbius naturæ accidere poſſit, quam ſit mors, præſertim tam violenta, ejus, quæ me in rerum naturam edidit, cujus vitam libentiſſime certe mea morte redemiſſem; tamen &c. Quanquam quidem, quæ me afflixerat, non me prorſus omni conſolatione orbatum reliquit, cujus ſi vel noviſſima verba miſera natura auſcultare poſſet, cum diceret, ut audio, beatos eſſe qui propter injuſtitiam perſequationem patiuntur, non ſolum me, & ſeipſam omni dolore liberaret, ſed gaudio etiam repleret, adeo ut cum Propheta dicere poſſem, Memor fui Dei, & delectatus ſum.* Ep. vero XLVI. qua fide, qua ſpe munitus Chriſti cauſam tractaret, his verbis declarat: *Conſcius mihi ſum nihil me defuiſſe, quantum quidem in me fuit, ſed pro viribus, & gratia a Chriſto mihi data laboraſſe, ut ad illius honorem perageretur; ſi plura & majora impedimenta invenio, quam adjumenta, vel potius impedimenta omnia, adjumentum ab hominibus nullum, quid reſtat, niſi ut in Chriſto me con-*

Digitized by Google

conſoler ? Conſolatio vero talis eſt, ut agnoſcam illum eſſe, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, cujus benignitas, & cura major eſt erga ſuos, qui illi ſunt, pro quorum ſalute ad ejus honorem laboramus, quam noſmet erga noſmetipſos uti poſſumus. Hæc ergo ſi agnoſcamus, quid deinde dubitare poſſumus, quin cum tempus aderit beneplacitum coram Deo Patre, quod ille ſolus novit, uno momento omnia impedimenta ipſe diſcutiat, & reliqua quæ optamus perficiat, etiam melius, quam optare poſſumus? Qui neque interim deſpicit operam noſtram, quæ eſt gratia ejus, in qua fruſtra nunquam laboramus, etiamſi quod præcipue cupimus non ſuccedat, qui ſæpe neſcimus quid cupiamus etiam in bonis, ſed ille novit, &, cum volet, omnia corriget, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen. Tandem Ep. XLVII. *De meis rebus quod ſcribis ..... Hæc ſane mihi dolorem afferre, & eum quidem gravem, atque acerbum, negare non poſſum; ſunt enim ejuſmodi, quæ præter privatorum malorum nimis acerbam recordationem, gravem etiam, & miſerandum Eccleſiæ ſtatum mihi repræſentent...... Quare ut non cum ipſa, & propter ipſam graviter lugeam, fieri quidem non poteſt. Sic tamen hæc lugeo, ut, quo minus auxilii in terris expectem, eo magis de cœlo adventurum ſperem. Nec enim oblivifci poteſt Sponſam tot malis obſeſſam, qui cœlum tenens, in terram olim deſcendit, ut pretio ſanguinis ſui eam redimeret, & propterea redimeret, ut ſibi glorioſam ſine macula ſponſam faceret. Qui cum idem ſit, qui ad tam immen-*

menſum amorem, immenſam bonitatem conjunctam pari potentia, & ſapientia babet, quid bic judicandum eſt, an deeſſe voluntatem? an modum neſcire? an vim malorum ejus poteſtatem ſuperare? Sin bæc vel cogitare ſit nefas, quod fas nos credere cogit, eo nos conſolemur, ut firmiter credamus de tam immenſa bonitate, & amore erga Sponſam nunquam paſſurum fuiſſe eam tot malis circumſideri, niſi pro ſua inexſcrutabili ſapientia videret, quo pacto eadem in majus bonum Sponſæ convertere poſſet, & propterea illa pati, quod bic decrevit. Si vero Dominus decrevit, quis poteſt infirmare? Sic quidem me de Eccleſiæ malis conſolor, & eo magis quod aliis temporibus, quibus Eccleſia videbatur oppreſſa, omnia ſemper in majus bonum ejus bonitatem convertiſse video. Quare idem nunc magna cum ſpe expecto. Demum de fratribus ſuis Henrici juſſu trucidatis hæc habet: *Gaudeo vero maxime in iſtorum morte, dignos babitos fuiſse a Deo, in quorum ſanguine ad imitationem Filii ſui, ſuam voluntatem pro conſervanda unitate Eccleſiæ ſuæ ſcriberet: ſic enim libri ab adverſariis ſcripti in eorum vituperationem ſignificant, nempe diſsenſiones opinionum in iis, quæ ad religionem pertinent, occaſionem odii primum erga illos vaſtatori Eccleſiæ dediſse, deinde ut morte eos tolleret. Ex quo quidem bos non mortis imperio ſubjectos, ſed poſt mortem guſtatam, magis quam unquam vivere, & cum eo regnare, qui mortem deſtruxit, & nunc mibi magis amore conjunctos, minus ſeparatos quam cum mecum in carne*

ne viverent, certo mihi perſuadeo. Quo quæ major conſolatio de his, quos tam ardenter amavi, eſſe poteſt, quam ſcire eos per mortem in meliorem vitam raptos, & in ſocietatem illius regni aſcitos, ubi non eſt amplius labor, nec dolor; eoſdem vero meam cauſam apud omnium Regem, in cujus gratia jam ſecure vivunt, nunc magis quam unquam agere, & ut particeps tandem tam felicis ſocietatis efficiar, votis, ac precibus contendere? Quæ quidem cogitatio, & firma perſuaſio, quam certiorem omni ſcientia habeo, quos naturæ ſtimulos ad dolorem provocantes non ſtatim ſedaret? Hæc poſtquam in Poli Epiſtolis legerint Lipſienſes, nullus dubito quin ipſos pudeat ſe ſcripſiſſe, nihil in illis occurrere quod notari mereretur. Conſulant, quæſo, quæcumque ſapientiſſimè de Heroicis virtutibus diſſeruit BENEDICTUS XIV. in præclariſſimo Opere de Beatif. & Canoniz. quod ipſi quoque meritis laudibus in Actis ſuis ſunt proſequuti, intelligentque profecto opulenta ejus generis virtutum copia Reginaldi Poli præcordia abundaſſe.

Atque in hunc modum confecto a me penſo, quod mihi in hac Epiſtola trahendum Lipſienſium Acta impoſuerunt, Tibi, Senator Ampliſſime, dijudicandum relinquo, num ſat bene eo munere ſim functus. Quin honeſti quivis cenſores de hac re judicent, velim, & pene dixerim Lipſienſis ipſe Areopagus, cujus authoritatem magni a me fieri hoc etiam loco profiteor. Decernant igitur Lipſien-

ſienſes, num laudes, quibus Poli Cardinalis virtutes, meoſque in iiſdem illuſtrandis labores honeſtarunt ipſi ante ſex annos in eorum Actis, lucri aliquid magis, quam diſpendii retulerint ex ſparta in binis Epiſtolis meis recens adornata. De meis illis laboribus ita ipſi ſcripſerunt eorundem Actorum menſe Auguſti an. MDCCXLVII. *Reginaldus Polus doctrina, conſilio, rerum geſtarum magnitudine, virtute, enixiſſimo Eccleſiam Romanam juvandi amplificandique ſtudio, quondam inſignis admodum, non facile illuſtriorem, ac digniorem laudum ſuarum præconem; & ſcriptorum ſuorum inſtauratorem, quam quidem A. M. Q. P. E., cujus non minora in Sedem Romanam merita, quam decora, quibus in orbe literato fulget, exiſtunt, invenire potuiſſet. Splendidum hoc Opus, quod in fronte effigiem Poli affabre pictam oſtentat, inſcriptum eſt Dominico Urſino, pariter Eccleſiæ Romanæ Purpurato, cui ſe ob conciliatam ſibi* BENEDICTI XIII. *beneficentiam, quem ſanguine attingat, obſtrictum agnoſcit.* Haud equidem diffido, poſtquam modo binis prioribus editionis meæ voluminibus tertium & quartum acceſſit, inter eoſdem Lipſienſes fore ut minime deſint qui præterea fateantur, de meis laboribus juſte pronunciaſſe Jo. Henricum Leichium, ab iiſdem ceu magnum Academiæ ipſorum lumen, tam viventem quam mortuum celebratum. Cenſuit ipſe, *Quotquot in poſterum ex Burnetii Officina ad detrahendum eorundem* (Pauli III. & Card. Poli) *memoriæ repetere vellent calumnias, &*

D com-

commenta jam profligata, ſe ipſos omnium ludibrio expoſituros. Quoniam vero Lipſienſium verba paulo ante recitata laudibus, quas dixi, mentionem Dominici Cardinalis Urſini, hujuſque Sanctiſſimi Propatrui Benedicti XIII. amborumque erga me inſignis admodum beneficentiæ inſeruerunt, certiorem Te facere haud omittam his ipſis diebus, quibus hæc ſcribo, Cardinalem eundem in exerenda ea ipſa beneficentia cum Summo illo Pontifice veluti certaſſe, ſiquidem, quoniam Statuam mihi Romæ a Monachis Hieronymianis decretam eidem Pontifici de me optime merito, potius quam mihi, ponendam curaſſem, Cardinalis rationem invenit, qua MELIORA DATIS DONA REMISIT, curans ipſe ut elegantiſſimum, majoriſque moduli Numiſma Romæ cuderetur, in quo Benedicti XIII. Statua illa conjuncta cum effigie mea compareret.

Denique Epiſtolam hanc claudens, redeo, Flamini ſuaviſſime, ad ſtudium egregium illud tuum, unde eandem inchoavi, nimirum ad redditam eo ſtudio celebriorem quam antea Divi Laurentii Juſtiniani ſolemnitatem, ac Tibi ſignificandum duco, haud minorem in ea cultus amplificatione actam rem eſſe meam quam tuam; idque ita ſe habere certo dignoſces ex Apoſtolicæ Sedis decreto edito anno MDCCXLI. quod ſtatim ſubdo: *Ad pias enixaſque preces Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Angeli Mariæ Quirini Epiſcopi Brixien. Sanctiſſimus Dominus Noſter* Benedictus XIV. *benigne annuit, ut, quoniam* S. Laurentius Justinianus

ma-